

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Securitas i  
cum uariis

Quibusdam sepe magnitudo uirtutis occasio fuit perditionis ut cum de confidencia uirium inordinate securi essent, per negligenciam inordinate morerentur. Mater enim negligencie solet esse securitas. Videndo ergo meretricem, id est Magdalenam, de tua liberacione non desperes, sed et Iudam cogitando securus esse non debes. Confidencia stantem euerit et desperacio post lapsum exurgere non admittit.

Gregorius in pastorali.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

morerentur] morirentur B C P V<sup>1</sup>; desperes] disperes V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; et] etiam P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
admittit] dimittit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>